



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

Coloniae Munatianæ, 1665

V. De confessis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62915](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62915)

posituras, dignitates, personatus, administrationes, officia, canonicatus, & prebendas, aliaque beneficia Ecclesiastica, cum cura & sine cura, secularia, & ordinum, quorumcunque regularia, qualitercunque qualificata, ac hospitalia & alia pia loca per nostros predecessores & sedem Apostolicam, aut ejus legatos, nuncios, executores, & subexecutores ab anno primo Pontificatus ejusdem Innocentii predecessoris citra, quibusvis Regibus, Reginis, Ducibus, & Marchionibus, ac aliis Principibus & personis, necnon communitatibus, universitatibus, confraternitatibus, & collegiis secularium personarum, cujuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis, & conditionis existentibus, etiam ex motu proprio & ex certa scientia, ac de potestate Apostolica plenitudine, aut etiam consistorialiter, & alias tam simpliciter, quam sub quibusvis conditionibus & promissionibus, & alias quomodocunque & qualitercunque & ex quibusvis causis, praterquam ratione ereptionis locorum, in quibus Ecclesie, monasteria, & beneficia predicta consistunt, ex infidelium manibus & potestate factas, concessa, quorum omnium formas & tenores eadem sua sanctitas haberi voluit pro expressis, quoad metropolitan. ac alias cathedrales Ecclesias & monasteria, necnon prioratus, & praeposuras, ac alias dignitates conventuales, & alia electiva etiam si in quibus reservationes & concessiones, facultates & indulta hujusmodi facta & concessa fuerunt, quascunque conditiones eis propterea quomodolibet impositas, & promissiones per eos propterea factas adimpleverint.

Quo vero ad alia beneficia ac hospitalia & pia loca hujusmodi si illi quibus reformationes & concessiones ac facultates & indulta hujusmodi facta & concessa fuerunt, ut praefertur, illorum occasione fructus proximè dictorum beneficiorum, hospitalium, & piorum locorum ad medietatem unius anni valoris fructuum eorundem, secundum communem estimationem de propriis eorum bonis non auerunt, vel eorum Ecclesias aut hospitalia & pia loca hujusmodi de novo fundamentaliter non adificarunt, seu funditus diruta non reedificarunt, seu fundos in quibus adificarentur adificia in praesentiarum subspecto non concesserunt, ad quorum augmentum, adificationem, reedificationem & concessio- nis respectu probationem eos, qui tali jure patronatus, seu praesentandi & nominandi directè vel indirectè uti voluerint, eadem sua sanctitas teneri decrevit, etiam si conditionem ad quas alias quam modis praemissas tenebantur, executioni demandatae fuissent, & in literis reformationum & primo dictarum concessionum seu facultatum & indultorum hujusmodi cautum sit, quod dictum jus simpliciter vel sub certis conditionibus, modis & formis ex fundatione vel dotatione pertineat aut pertinere censeatur, vel perinde habeatur, ac si ex fundatione vel dotatione praedicta pertineret, & quod reservationes, & primo dictae concessiones, facultates, & indulta hujusmodi revocari non possint, & clausula etiam derogatoriarum & derogatoria, fortiores, efficaciores, & insolite in dictis literis pro illarum perseveratione desuper adjecta sint, illarum formas & tenores pro expressis habendo revocavit, cassavit, annullavit, ad Ecclesias, monasteria, prioratus, praeposuras, dignitates, & beneficia hujusmodi ad eorum primariam naturam praemissis non obstantibus, redixit.

Paulus IV.

Jure praesentandi privatur qui apostatam praesentat ad beneficium jure patronatus.

^a Confratratione, dotatione, vel fundatione, ut jus acquiratur, sic & istem tribus modis conservatur, cap. 3. de jure patronatus, cap. pra. mensu. & ibi gloss. 16. quasto. 7. cap. Abbatem, in 2. r. quasto. 2.

CAP. II.

Si patroni alicujus beneficii Ecclesiastici, sive sint laici, sive clerici, aliquem ex apostatis & extra claustra vagantibus ad beneficium de eorum jure patronatus existens tunc vacans praesentaverit, praesentationes hujusmodi sint eo ipso nulla, irritae & inanes, ac viribus careant, & ipsi patroni jure praesentandi alios ad eadem beneficia pro ea vicetantum privati existant.

Pius Quartus, ex reformationis poenitentiarum Apostolicæ decretis.

Jus patronatus concedendi legitima causa qua sit.

CAP. III.

Poenitentiarum ac poenitentiarum Apostolicæ regens abstineat à concessione juris patronatus, seu praesentandi ad beneficia Ecclesiastica propter augmentum fructuum, sed tantum ex causa fundationis vel dotationis illud concedere possit.

TITVLVS V. DE CONFESSIS.

Paulus Quartus.

Confessi crimines aut probatissimi iudicis quaestione torquendi carcerati non relaxentur nisi in scio, nisi praesentia fuerit cautio.

CAP. I.

Licet ex juris communis dispositione satis provisum sit, ut de aliquo crimine inquisitus, dum super iudicis contra eum existentibus discutitur, aut tortura in ejus persona jure locus sit, personaliter in carcere detineatur, & ut crimen confessus in quem nihil, nisi ut poenam solvere cogatur, agendum restat, quousque ille debite punitus fuerit, non relaxetur: tamen ut nuper accepimus, rei criminum tortura supponendi, sub cautione de se repraesentando, & confessi sub simili cautione, seu etiam sub cautione de stando juri, & judicatum solvendo, plerumque relaxantur, quo fit ut illis extra carcerem positus expeditionem non procurantibus, causa hujusmodi differatur, & demum oblivioni tradantur, aut variis viis rei ipsi, post aliquod tempus, cautiones praestatas liberari procurent, sicque ipsi poenas debitas effugiant, & delicta remaneant impunita, in grave scandalum, & pessimum ceterorum exemplum. Nos itaque huic abusu occurrere volentes, motu simili, & ex certa nostra scientia, ac de Apostolica potestate plenitudine, tenore praesentium decernimus, statimus & ordinamus, ut nullus, qui ex iudicis contra eum laborantibus jure torquendus veniat, seu de quo dubitetur, dum de iudicis hujusmodi, an ad torturam sufficientia sint, disputatur, quo usque aut per torturam indicia ipsa purgaverit, aut cum tortura subjiciendum non esse, cognitum fuerit, nisi procuratore filici nostris ad haec omnia citato & interveniente, sub quavis cautione à carcere relaxetur, neque super iis extra carceres audiat. Nullus etiam qui crimen in iudicio confessus fuerit, contra quem nulla sunt partes iudicis, nisi in exequendo, etiam si pro crimine hujusmodi pecuniaria poena plestendus veniat, & quaecunque cautionem de illa solvenda praestare offerat, à carcere relaxetur, nisi poena ipsa, praestata filici procuratore de super audito, debite per soluta, sicque per quoscunque iudices quavis auctoritate fungentes, iudicari, diffiniri, & observari debere, sublata eis & eorum cuilibet aliter iudicandi & diffinendi facultate, irritumque & inane quicquid contra praesentium tenorem à quoquam quavis auctoritate, scienter vel ignoranter, attentari contigerit, decernimus.

^a Tam. in cons. 76. & 106. lib. 2. Cass. ad decis. 7. de jure patron. tit. 1. c. 6.

Pius V.

Rei confessi à vinculis carceris non solvantur nisi executione sententia paruerint.

CAP. II.

Cum sicut accepimus, visitatores carcerum almæ urbis nostræ, homicidii, aliorumq; capitalium criminum reos carceratos, ad illorum abolitionem & liberationem nimia humanitate proni atq; proclives, sæpe à carceribus liberari faciunt sub cautione de se presentando, aut alias sub aliis obligationibus & conditionibus eis bene visis, & ita processus debilitantur, & causarum expeditiones differuntur, vel (quod molestius fecimus) eos quandoq; liberant, aut leviori pœna, quàm iustitia exposcit, afficiunt, ac propterea delicta impunita remanent contra jus & utilitatem publicam. Nos considerantes impunitatem scelerum esse incentivum malorum, nolentesque in futurum reos homicidii, ac aliorum delictorum capitalium, nisi in casibus à jure expressis à carceribus liberari, & extra carceres audiri, ac levius puniri, tenore presentium, eisdem visitatoribus sub pœna indignationis nostræ inhibemus atque interdiciamus, ne posthac reos carceratos, ut pramittitur, arbitrio suo relaxent & liberent. In levioribus autem delictis reos confessos aut convictos non relaxent, neque liberent, nisi prius sententiæ, aut condemnationi, quam eis infligendam & imponendam duxerint, paruerint, & illius executione facta fuerit. Volumus autem, quoriscunque viderint æquitatem juris rigori attentam facti qualitate præferendam esse, cum ad solum Principem jus decernendi inter jus & æquitatem non scriptam spectet & pertineat, tunc facti qualitas diligenter inspecta consideretur, & si quid ab eis de jure relaxandum videbitur, nobis unus ex visitatoribus unâ cum iudice causæ referat, præsertim procuratore fiscali, vel Advocato fiscali ejusdem Camere & fiscali, ac etiam pauperum advocato, ut à nobis quid statuentum & deliberandum sit, intelligant.

Idem.

In causis criminalibus confessi appellare nequeunt.

CAP. III.

In confessos iudices procedere possunt, non obstantibus b appellationibus & inhibitionibus, & absq; aliquarum pœnarum incurfu.

TITVLVS VI.

DE DOLO ET CONTVMACIA.

Pius Quartus.

Defensio condemnatorum in contumaciam, infra semestre exigi debet.

CAP. I.

Quoniam sæpe contingit, ut qui ex aliquo crimine in contumaciam condemnati fuerint, perdurant ad multos annos in contumacia, expectantes occasionem, ut per temporis diuturnitatem criminis probatio impossibilis reddatur, & tunc quarunt contumaciam sibi remitti, & super defensionibus audiri, cum criminis probandi facultas est fisco sublata, causam plerumque vel coram iudicibus in ipsos propensis, vel in locis ubi jura fisci deduci non possunt, introducunt, statumus, quod rei in contumaciam condemnati, ad suas defensiones faciendas admitti non possint, nisi infra sex menses e, quoad faciendas videlicet à die condemna-

a L. cum quidam. ff. de liberis & posthumis. c. ut fama. de sent. excommuni. b Propria voce confessus appellare non potest. l. 2. c. quorum appell. ubi gloss. Bart. Bald. & Oldrad. communem dicunt. c Pius V. in sequenti constitutione, contumaciae infra annum ad defensionem admitti posse docet.

tionis, quo vero ad jam factas condemnationes, vel publicationis præsentium computandos, nec illi quoniam in loco ubi condemnatio secuta est, vel in eam generali Provincie ubi delictum fuerit commissa. Et si secus fieri contingat, quæcumque absolutio, vel liberatio obtinenda, etiam si vigore commissionis signata nostra nullius sunt roboris vel momenti, sed ad hanc condemnationem jam factam executionem deesse possit, & debeat. Quo termino sex menses in sententiæ in contumaciam late crimen non ortum fuerint, & tanquam in rem iudicatam transierint, non & personaliter executioni demandentur. Nec in casibus proficit minor ætas viginti annorum, dum non majores quatuordecim annorum extiterint. Quibus banniti hujusmodi in contumacia condemnati, non aut postmodum absolvendi, iudices, sub pœna malefactorum, & infamiae perpetuæ, illos gratia, & benevolentiarum solutione, absolvere debent. Publicum Rom. 26. Maji 1565.

Pius V.

Semestre spatium concessum Pii IV. decreto contra alios de primendis causa defensionibus, ad annum extenditur, & pro parte tamen, ut sponte comparentibus dantur, non capto tempore nisi fuerit & patrocinetur.

CAP. II.

Dvidum postquam fidel. recordi. Pius Pape IV. processor noster, cupiens subterfugis delationibus obviare, per quasdam suas in forma motus presentatas literas, sub dat. Romæ apud sanctum Petrum. 22. Junii. Ann. 6. inter alia statuit, quod rei in contumaciam condemnati ad suas defensiones faciendae non possint, nisi infra sex menses, quoad faciendas licet à die condemnationis, quo vero ad jam factas condemnationes à die publicationis extrahendos computandos, per alias nostras, etiam in forma vocati proprii emanatas literas, die 20. mensis Junii, postificatus nostri anno primo publicatus, unius sex mensium hujusmodi ad annum progressum, & contumacibus hujusmodi defensiones non nisi post unum elapsi terminum denegari debere decrevit. Causas, sicut accepimus, à nonnullis ordinationibus & dispositionibus hujusmodi, nostrisque de dictis prædictis in illis edendis intentionem variis calumniis eludent, & super earum limitibus interpretationibus agere proprio fisco & Camera Apostolica fatigare, & causas in longum protrahere, & illas intricare, & contrarietate executionem evitate satagentibus, & contra nos iniquitatem (licet ex verborum progressu res clara sit) an scilicet tam sponte comparentes, de quibus loquuntur motus proprii præfati prædecessoris, quam etiam capti intra dictum tempus, in diffinitum admitti debeant ad faciendum suas & defensiones, maxime siantibus in eodem nostro motu proprio appellati supra relato verbis, videlicet. *Si contumacia alio tempore de fine non potest anni elapsi terminum denegari debet, qui in diffinitum prolata sunt, & videntur posse comprehendere, & sponte comparentes, quam captos, nihilominus extendentes, quod verba ipsa nihil aliud disponunt quàm prorogationem terminum, his quibus ex forma motus proprii prædicti prædecessoris denegari non possunt. Nos igitur ad tollendum omne dubium, & ablitum evitandum, quod capti, & sponte comparentes præ-*

a Contumacia in criminalibus accusanda. l. absque. c. 1. de par. Bart. in l. inter. ubi. col. ff. de public. iud. & in capitulo ad reprimendum. in verb. negaverit. b Contumacia dicitur non auditur, nisi contumacia fuerit expressa. gl. in l. sed & ff. de test. col. 2. de iudic. l. q. observatur tam in articulis quam in criminalibus causis.

